



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Latro in cruce. lx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

miserationis obtinet locum: nec oleum misericordie, nisi in vase fiducia ponis. Hac autem vera hominis fiducia, à se deficientis, & innitenti Domino suo. Hæc vera fiducia, cui misericordia non denegatur: Propheta attestante, Quonia beneplacitum est Domino super timentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius.

Pl. 2. 146.

LATRO IN CRUCE.

CAPVT

LI.

Cyprian.
Sermon. de
Passio. Christi.

Luc. 23.
Idem. Sermon.
de Cena
Domini.

Iudicati sunt Egyptii, cum in redeuntibus super se maris subditibus inuoluerentur: iudicati Sodomite, cum subuersis eorum urbibus, flammis sulphureis cremarentur. Sed si in eisdem subuersionibus generent penitentes, temporalis pœna æternalis non succederet pœna: sed esset eis pro remedio supplicium, & pro absolutione tormentum: nec contritos corde æternum contereret & aggravaret iudicium. Sic in cruce LATRO confitens, non tantum indulgentiam meruit, sed Christi familiaris effectus, premissus est in paradysum: & factus est particeps regni per confessionem, factus collega martyri. Hodie, inquit Christus, mecum eris in paradiso. Latrocinium damnationem meruerat & supplicium: sed contritum pœnam mutavit in martyrium, & sanguinem in baptismum. In momento impietas religionem, crudelitas induit pietatem. & statim consummatu civis sanctorum & domesticus Dei, premissus est in regnum, reconciliationis humana privilegium secum ferens ad superos: quod Deo patri, tanta legationis sancti honore, in seipso scriptura huius experimentum continens, libero & securo aditu penetrans presentavit. Sic in eodem articulo temporis, cum iam anima festinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerserit, pœnitentiã clementissimi Dei benignitas non aspernat: nec ferum est, quod verum: nec irremissibile, quod vul-

lana.

luniam: & quacunque necessitas cogit ad penitenti-
nem, nec quantitas criminis, nec breuitas temporis, nec
hora extremas, si vera contritio, si pura fuerit volun-
tatum mutatio, excludit à venia: sed omni tempore
Dei gratia recipit penitentes.

De fiducia diuinæ Clementiæ habenda, etiam in
maximis peccatis, D. Ioannis Chrysostomi Sen-
tentia.

Manifestum est ergo, peccatorem, quantumvis
peccauerit, licet totam etiam in maximis scele-
ribus absumpserit vitam, si penitentiam egerit, saluari
maxime. Rogas unde constet? Ex Domini clementia.
Ne tua confidas penitentia: tua namque penitentia
tanta nequis peccata delere. Si sola foret penitentia, in-
re timeres: sed postquam cum penitentia commiscetur
Dei misericordia, confida: quoniam vincit tuam nequi-
tiam. Multum est enim misericors Deus: & tantam ele-
mens, ut neque filio pepercerit, ut ingratos seruos redi-
meret. Nec mihi dicas: Numquam peccavi: & quomodo
possum saluari? Tu non potes, tuus potest Dominus: &
ita delet peccata, ut nec eorum maneat vestigium. Ne-
que dicas: Numquam peccavi: nec Deum rogare possum
indignantem. Nam si iudicem illum, neque Deum iri-
mentem, nec homines verentem, vidua flectere potuit,
multo magis bonum assidua conciliabit deprecatio. Ita-
que licet amicus non sis: licet indebita pascas: licet pater-
na deuoraueris & absumpseris bona: & longo tempore
procul ab aspectu fueris: siue succensentem, siue indi-
gnantem petieris, siue tantum velis redire: & omnia re-
cipere, & iram & damnationem statim extingues.

M 3 De sum-

CAPVT

LXI.

Chryf. Ho-
mil. 30. ad
pop. Anuoc.

Luc. 18. 27

Luc. 15.